MARTYROLOGIUM USUARDI

Entstehungsort unbestimmt (Diözese Brixen ?), Mitte 15. Jh. Seite 43r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35079
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



confessorum et martirum quatuor milium nongentorum septu-
aginta sex sub honerico rege Qui cum essent ecclesiarum
dei presbiteri diaconi episcopi associatis sibi turbis fidelium
populorum pro defensione catholice veritatis. et inhorribilis
heremi exilium trusi. ad extremum varie excruciati mar-
tirium celebrauerunt. Inter quos erant Cyprianus et ffelix
precipui domini sacerdotes. In syria sancti Eustachii Bituri-
cas sancti Ypionis. iii. ydus Octobris.

F Apud troadam natalis beati Carpi discipuli apostoli
pauli In hispaniis ciuitate cordoba passio
sanctorum ffausti Januarii et Marcialis qui primo
eculei pena cruciati. deinde superciliis rasis auribus
quoque et naribus prescisis. dentibus etiam superioribus e-
uulsis. ad vltimum ignis passione martirium consuma-
uerunt. Antiochie sancti Theophili qui sextus ab apostolo
petro ecclesie pontificatum tenuit. Item Marcelli Adriani
et Marci. Eodem die depositio sancti Geraldi confessoris

G Rome via aurelia natalis. ii. ydus Octobris.
beati Calixti pape et martiris. Hunc alexander im-
perator sub diuina custodia fame cruciari et
cottidie fustibus cedi iussit. Tandem vero per fenestram do-
mus in qua custodiebatur precipitatus. victorie triumphum
promeruit. Ciuitate tudertina sancti ffortunati. qui effugan-
dis spiritibus immundis immense virtutis enituit gratia
Item Saturnini lupi. ydus Octobris.

A Apud coloniam agrippinam natalis sanctorum quinqua-
ginta martirum qui cum essent ex legione sacra the-
beorum. apud eandem cursum sui agonis com-
pleuerunt. Rome via aurelia sancti ffortunati. Lugdunis
sancti Antiochi episcopi qui strenue administrato pontificii cul-
mine ad quod assumptus fuerat regnum celeste adeptus
est. In territorio remensi sancti Basoli confessoris. In capua
lupuli ffortunati. xvii. kal Nouembris.